22. Noverint universi Quod Ego Guillelmus cauleron parrochie de Rivolutore de Silva dominus utilis et proprietarius mansi Cauleron dicte parrochie Gratis et ex certa sciencia Confiteor et Recognosco vobis venerabili domine Constancie dei gratia Abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde ibidem absenti quod teneo pro dicto Monasterio et sub directo dominio et alodio eiusdem Monasterii quandam ffexiam terre vocatam la ffexa alberta que antiquitus fuit de pertinenciis mansi albert dicte parrochie et vocabatur mas marques/ Quam ffexiam terre [illegible] teneo et possideo in dicta parrochia de Rivolutore in loco vocato plan de Ridellots Et affrontatur ab oriente in honore mansi Montaner dicte parrochie A meridie in honore mansi Ros dicte parrochie mediante rechio vocato riera madral et partim in rivo vocato Andaris Ab occidente et circio in honore mansi [illegible] dicte parrochie/ Et continet in se dicta ffexia terre quinque jornalia boum [illegible] De cuius ffexie terre expletis facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto vobis dicte domine Abbatisse et successoribus vestris in dicto Monasterio fidelem unam Tascham illatam meis et meorum sumptibus et expensis in manso morat eiusdem parrochie tanquam baiulo dicti Monasterii Et annuatim perpetuo in festo Natalis domini de et pro censu predicte ffexie terre Duodecim denarios barchinonenses de terno Item teneo pro dicto Monasterio et sub directo dominio et alodio eiusdem Monasterii quandam possessionem terre continentem in se octo jornalia boum quam habeo et possideo in dicta parrochia in loco vocato sa presa Et fuit antiquitus ex manso Valentini de Valencino Et affrontat ab oriente in honore mansi plan dicte parrochie de Rivolutore qui pro dicto Monasterio tenetur A meridie in honore mansi morell eiusdem parrochie qui tenetur pro dicto Monasterio Ab occidente in honore mansi Boyl dicte parrochie qui tenetur pro Monasterio supradicto et in honore mansi seguer ipsius parrochie qui pro jamdicto Monasterio tenetur et circio in honore dicti mansi Boyl et in honore dicti mansi Seguer qui tenetur pro Monasterio supradicto De cuius pecie terre expletis dono ac dare debeo et promitto dicto Monasterio fidelem unam Tascham illatam in dicto manso morat tanquam baiulo Monasterii supradicti Et annuatim perpetuo in festo Natalis domini de et pro censu ipsius possessionis [illegible] denarios et obolum barchinonenses de terno et unum par Gallinarum Est preterea verum et certum quod omnia decima laudisimia et foriscapia ius emparandi et retinendi et omnia alia et singula ad directum dominium pertinencia ex predictis ffexia et possessione terre superius confrontatis et designatis pertinencia sunt et esse debent Monasterii Sancti Danielis predicti Jurans etiam sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula fore vera et in sui veritate omnimodam continere Hec autem facio et firmo in manu et posse scriptoris substituti infrascripti stipulantis legittime nomine omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse. Actum est hoc in manso cauleron dicte parrochie de Rivolutore de Silva Nona die mensis ffebruarii anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Terciodecimo Sig+num Guillelmi cauleron predicti qui hec laudo et firmo/ Testes huius rei sunt Jacobus vitalis dicte parrochie de Rivolutore et Petrus [illegible] de Montefoliano commorans in manso Ros dicte parrochie de Rivolutore

Capbrevia dic cau[leron] a 17 de juliol 1589 nots. Janarres degà

Sig+num Petri pinos notarii publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo [illegible] Civitatis baiulie et vicarie Gerunde [illegible] presens notario hoc instrumentum receptum per Antonium cavaller scriptore eadem auctoritate a dicto Jacobo de Campolongo substitutum qui hoc scribi feci et clausi. Cum raso et emendato in linea nona ubi dicitur: de quatuordecim denarios.

N.º 23. Noverint universi Quod Ego ffrancisca uxor Petri bosthan parrochie de Rivolutore de Silva domina utilis et proprietaria mansi bosthan situati in dicta parrochia Gratis et ex certa sciencia de voluntate et expresso consensu dicti viri mei presentis et consencientis Confiteor et Recognosco vobis venerabili domine Constancie dei gratia Abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde ibidem absenti quod teneo pro dicto Monasterio Sancti Danielis et sub directo dominio et alodio eiusdem quandam ffexiam terre continentem in se duo jornalia boum quam habeo teneo et possideo in dicta parrochia in loco vocato Salamanya Et affrontatur ab oriente in honore mansi Eymerici dicte parrochie et partim in honore meo A meridie in dicto honore meo Ab occidente in honore mansi Dion dicte parrochie qui tenetur pro dicto Monasterio Sancti Danielis et circio in honore dicti mansi [illegible] De cuiusquidem ffexie terre expletis facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto vobis dicte domine Abbatisse et successoribus vestris in Abbatia dicti Monasterii fidelem unam Tascham Et tenentoribus mansi Dion dicte parrochie de Rivolutore annuatim perpetuo in festo Natalis domini unum denarium barchinonensem de terno in auxilium census quem dictus mansus Dion facit et prestat et facere et prestare tenetur pro dicto Monasterio Sancti Danielis Et est verum quod omnia decima laudisimia et foriscapia ius emparandi et retinendi et alia omnia et singula ad directum dominium pertinencia sunt et esse debent dicti Monasterii Sancti Danielis/ Jurans sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula esse vera et in sui veritate omnimodam continere Hec autem facio in manu et posse scriptoris substituti infrascripti stipulantis et recipientis legitime nomine omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse/ Et ego dictus Petrus bosthan maritus dicte domine ffrancische consenciens predictis laudo hec et firmo Actum est hoc in parrochia de Rivolutore de Silva Nona die mensis ffebruarii Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Terciodecimo Sig+na ffrancische jurantis et Petri bosthan eius viri consencientis predictorum qui hec laudamus et firmamus/ Testes huius rei sunt Bartholomeus fabra parrochie de ffornellis et Dominicus ponti dicte parrochie de Rivolutore de Silva.

Sig+num Petri pinos notarii publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo [illegible] Civitatis baiulie et vicarie Gerunde [illegible] presens notario hoc instrumentum receptum per Antonium cavaller scriptore eadem auctoritate a dicto Jacobo de Campolongo substitutum qui hoc scribi feci et clausi.

N.º 24. Noverint universi Quod Ego Bernardus morell parrochie de Rivolutore de Silva dominus utilis et proprietarius mansi Morell situati in dicta parrochia Gratis et ex certa sciencia pro me et meos successores in fexia et campo terre subscriptis Confiteor et Recognosco vobis venerabili domine Constancie dei gratia Abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde ibidem absenti/ Quod teneo pro dicto Monasterio et sub directo dominio et alodio eiusdem Monasterii Sancti Danielis quandam fexiam terre vocatam fexa sa vinya existentem in dicta parrochia De cuius explectis nulla prestantur agraria et continet in se unum jornale et medium boum Et affrontatur dicta ffexia terre ab oriente et circio in honore mansi Boyl dicte parrochie qui tenetur pro dicto Monasterio A meridie in honore meo et ab occidente in quodam campo terre den Eras de Vilaubyn vocato campmorell qui fuit ex dicto manso morell/ De quaquidem fexia terre superius confrontata facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto vobis dicte domine Abbatisse et successoribus vestris in dicto Monasterio annuatim perpetuo de censu in festo Sanctorum Petri et ffelicis [illegible] ingerie et mediam quartariam ordei boni pulcri et mundi ad mensuram Gerunde illatam in manso morat dicte parrochie tanquam baiulo dicti Monasterii/ Item teneo pro dicto Monasterio et sub directo dominio et alodio eiusdem quendam campum terre qui pro maiori parte est vinea et continet in se quinque jornalia boum vel circa et quem habeo teneo et possideo in dicta parrochia Et affrontatur ab oriente in honore mansi plan dicte parrochie et partim in honore meo quem teneo pro Monasterio Sancti Martini de Costa Gerunde A meridie et ab occidente in honore meo quem teneo pro dicto Monasterio Sancti Martini de Costa et circio in honore mansi Cauleron eiusdem parrochie qui tenetur pro dicto Monasterio Sancti Danielis/ De cuiusquidem Campi terre predicti confrontati expletis facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto dicto Monasterio Sancti Danielis ac vobis et successoribus vestris in Abbatia dicti Monasterii fidelem unam Tascham illatam in dicto manso morat tanquam baiulo dicti Monasterii Et tenentoribus mansi Cauleron dicte parrochie de Rivolutore annuatim perpetuo in festo Natalis domini Septem denarios barchinonenses de terno [illegible] in auxilium census quem dictus mansus cauleron prestat annuatim dicto Monasterio Sancti Danielis pro quadam possessione terre contigua dicto campo terre supra proxime confrontato Et est verum quod omnia decima laudisimia et foriscapia ius emparandi et retinendi et omnia alia et singula ad directum dominium pertinencia ex predictis fexia et campo terre superius confrontatis et designatis pertinencia sunt et esse debent dicti Monasterii Sancti Danielis/ Jurans etiam sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula esse vera et in sui veritate omnimodam continere Et hec facio et firmo in manu et posse scriptoris substituti infrascripti stipulantis legitime nomine omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse Actum est hoc in parrochia de Rivolutore de Silva Nona die mensis ffebruarii Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Terciodecimo Sig+num Bernardi morell predicti qui hec laudo firmo et iuro Testes huius rei sunt Jacobus vitalis al morat et Petrus boyl al bruguer dicte parrochie de Rivolutore de Silva.

Capbrevia pere morell a 17 de juliol 1589 nots. Janarres degà

Sig+num Petri pinos notarii publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo [illegible] Civitatis baiulie et vicarie Gerunde [illegible] presens notario hoc instrumentum receptum per Antonium cavaller scriptore eadem auctoritate a dicto Jacobo de Campolongo substitutum qui hoc scribi feci et clausi. Cum supraposito in prima linea ubi dicitur [illegible] Et cum raso et emendato in linea quarta ubi dicitur [illegible].

N.º 25. Noverint universi Quod Ego Margarita uxor Anthonii seguerii parrochie de Rivolutore de Silva domina utilis et proprietaria mansi Seguerii situati in dicta parrochia de Rivolutore Gratis et ex certa sciencia de voluntate et expresso consensu dicti viri mei presentis et consencientis Confiteor et Recognosco vobis venerabili domine Constancie dei gratia Abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde ibidem absenti/ Quod sum et esse debeo femina propria et solida vestri et dicti Monasterii et successorum vestrorum in Abbatia dicti Monasterii oriunda ex me nata et nascitura et rebus et bonis meis mobilibus presentibus et futuris ratione dicti mansi Seguerii et terrarum et possessionum eiusdem De quo manso et eius terris honoribus et possessionibus dictum Monasterium habet et habere debet homines et mulieres et alias firmitates inde prestari assuetas In quoquidem manso ego et mei debemus facere continuam residenciam personalem ipsiusque mansi tenere casatum affocatum et condirectum Et sic promitto vobis dicte domine Abbatisse pro ero vobis et successoribus vestris in Abbatia dicti Monasterii bona fidelis et legalis de corpore et avere et non intrabo causa habitandi aliquam Civitatem villam Castrum vel alium locum privilegiatum nec aliquid faciam tractabo vel procurabo propter quod dictum Monasterium possit ius et dominium que in me et prole mea nata et nascitura et bonis meis mobilibus presentibus et futuris habet et habere debet amittere et alius sibi adquirere quoquomodo Obligando ad hec vobis et successoribus vestris in Abbatia jamdicti personam meam et omnia bona mea habita et habenda ubique Et pro predictis facio et presto homagium manibus [illegible] comendatum discreto Petro capmany scriptori Gerunde procuratori vestri et dicti Monasterii illud nomine vestri et dicti Monasterii recipientis juxta consuetudinem et consuetudinem huius terre Jurans etiam sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula Rata grata et firma semper habere tenere et servare eaque attendere et complere et non contrafacere vel venire aliqua ratione sive modo vel causa Preterea confiteor et Recognosco vobis dicte domine Abbatisse quod teneo pro dicto Monasterio et sub directo dominio et alodio eiusdem Monasterii Totum caputmansum meum vocatum Seguerii situatum in dicta parrochia cum clauso vinea et quintana prout omnia hec sunt contigua et continent Tresdecim jornalia boum vel circa Et affrontant ab oriente in honore mansi Boyl dicte parrochie de Rivolutore qui tenetur pro dicto Monasterio A meridie in honore meo vocato ffexa Valentina qui tenetur pro eodem Monasterio mediante quadam rasa sive margine que ibi est/ et partim in honore dicti mansi Boyl qui tenetur pro dicto Monasterio Ab occidente in honore mansi alberti dicte parrochie et partim in honore meo quem teneo pro Monasterio Sancti Martini de Costa Gerunde et circio in honore dicti mansi Boyl et in honore mansi fabrega dicte parrochie De explectis cuiusquidem clausi superius confrontati facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto vobis dicte domine Abbatisse et successoribus vestris in Abbatia dicti Monasterii fidelem unam Tascham et mediam illatam in manso morat dicte parrochie tanquam baiulo dicti Monasterii Et annuatim perpetuo in festo natalis domini de et pro censu predictorum decem denarios et obolum barchinonenses de terno et unum par gallinarum et quatuor fogacias cavallerils Et in festo Pasche domini duo ova Et in festo Sanctorum Petri et ffelicis Tres medias quartias civate ad mensuram Gerunde illatas in dicto manso morat tanquam baiulo Monasterii supradicti et unum anterem in eodem festo Sanctorum Petri et ffelicis/ Item teneo pro dicto Monasterio et sub directo dominio et alodio eiusdem quandam fexiam terre vocatam la ffexa Valentina continentem in se duo jornalia boum vel circa et est contigua clauso predicto supra confrontato in parte meridiei Et affrontatur ab oriente in honore mansi Cauleron dicte parrochie qui tenetur pro dicto Monasterio mediante cammino inde transeunte A meridie in honore dicti mansi Boyl qui pro dicto Monasterio tenetur mediante cammino Ab occidente et circio in dicto clauso meo De cuius ffexie terre supra proxime confrontate expletis facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto vobis dicte domine Abbatisse et successoribus vestris in Abbatia dicti Monasterii fidelem unam Tascham/ Item quandam ffexiam terre continentem in se Sex eminas vel circa quam habeo teneo et possideo in dicta parrochia in loco vocato Regila et fuit de pertinenciis mansi plan dicte parrochie Et affrontatur ab oriente in honore dicti mansi Boyl qui pro dicto Monasterio tenetur A meridie in honore mansi morell dicte parrochie qui pro dicto Monasterio tenetur Ab occidente in honore dicti mansi plan qui tenetur pro dicto Monasterio et circio in honore meo et partim in honore dicti mansi Boyl qui pro dicto Monasterio tenetur De cuiusquidem ffexie terre supra proxime confrontate expletis facio et presto ac facere et prestare debeo et promitto vobis dicte domine Abbatisse et successoribus vestris in dicto Monasterio fidelem unam Tascham Et annuatim perpetuo in festo Natalis domini Quatuor denarios barchinonenses de terno et media Gallina ex illo censu unius Galline et Octo denariorum qui fiebat et prestabat Monasterio supradicto pro dicta ffexia terre superius confrontata et pro alia fexia terre quam nunc tenet et possidet Monserratus plan dicte parrochie de Rivolutore Preterea confiteor et recognosco vobis dicte domine Abbatisse quod dictum Monasterium habet et habere debet in dicto manso Seguerii homines et mulieres redempciones personarum intratas et exitus intestias et exorquias Est preterea verum et certum quod omnia decima laudisimia et foriscapia ius emparandi et retinendi et alia omnia et singula ad directum dominium pertinencia ex dicto manso Seguerii et eius terris honoribus et possessionibus supradictis pertinencia sunt et esse debent jamdicti Monasterii Sancti Danielis Item Recognosco vobis dicte domine Abbatisse quod teneo pro dictis infrascriptis terras subscriptas que sunt de pertinenciis dicti mansi Seguerii videlicet pro herede mansi ferrarii de ffrancMarcho quendam Campum terre continentem Septem eminas terre quem habeo teneo et possideo in dicta parrochia in loco vocato Conomines den Mataron qui affrontatur ab oriente in honore mansi Vitalis de ffrancMarcho et ab occidente in honore dicti mansi Boyl qui tenetur pro dicto Monasterio/ Item pro Rectoria altaris Sancti laurencii siti in ecclesia Gerunde quandam possessionem terre partim cultam et partim incultam quam habeo teneo et possideo in parrochia de ffrancMarcho in loco vocato Montanyol et continet in se Sex eminas vel circa prout affrontatur ab oriente in honore mansi Ros dicte parrochie de Rivolutore Ab occidente in honore meo in parte [illegible] prout affrontatur affrontatur ab oriente in predicto clauso meo superius confrontato et ab occidente in honore dicti mansi alberti/ Item teneo pro Monasterio Sancti Martini de Costa Gerunde quandam ffexiam terre contiguam dicto clauso [illegible] Et sic ego dicta Margarita juro sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula fore vera et in sui veritate omnimodam continere/ Et ego dictus Anthonius seguerii maritus dicte domine Margarite consenciens predictis laudo hec concedo et firmo. Actum est hoc in parrochia de Rivolutore de Silva Nona die mensis ffebruarii Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Terciodecimo Sig+na Margarite jurantis et Anthonii seguerii eius viri consencientis predictorum qui hec laudamus et firmamus/ Testes huius rei sunt Jacobus vitalis al morat et Johannes vitalis dicte parrochie de Rivolutore de Silva. Hec autem facio et firmo ego dicta Margarita in posse scriptoris substituti infrascripti stipulantis et recipientis legitime nomine omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse presentibus testibus supradictis.

Capbrevia pere seguer a 17 de juliol 1589 nots. Janarres degà

Sig+num Petri pinos notarii publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo [illegible] Civitatis baiulie et vicarie Gerunde [illegible] presens notario hoc instrumentum receptum per Antonium cavaller scriptore eadem auctoritate a dicto Jacobo de Campolongo substitutum qui hoc scribi feci et clausi.

N.º 26. C. seguer. Noverint universi Quod Ego Anthonius seguerii parrochie de Rivolutore de Silva Gratis et ex certa sciencia Confiteor et Recognosco vobis venerabili domine Constancie dei gratia Abbatisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde ibidem absenti/ Quod sum et esse debeo homo proprius et solidus vestri dicte domine Abbatisse et dicti Monasterii et successorum vestrorum in Abbatia dicti Monasterii oriundus ex me prole mea nata et nascitura et rebus et bonis meis mobilibus presentibus et futuris/ eo quia intravi ex causa matrimonii mansum Seguerii dicte parrochie et ibidem duxi in uxorem meam Margaritam dominam utilem et proprietariam dicti mansi Seguerii De quo manso et eius terris et possessionibus dictum Monasterium habet et habere debet homines et mulieres et alias firmitates inde prestari assuetas Et sic promitto vobis dicte domine Abbatisse pro ero vobis et successoribus vestris in Abbatia dicti Monasterii bonus fidelis et legalis et non intrabo causa habitandi aliquam Civitatem villam Castrum vel alium locum privilegiatum nec aliquid faciam tractabo vel procurabo propter quod dictum Monasterium possit ius et dominium quod in me et prole mea ac rebus meis mobilibus habet et habere debet amittere et alius sibi adquirere quoquomodo Obligando ad hec vobis et successoribus vestris in Abbatia dicti Monasterii personam meam et omnia bona mea habita et habenda ubique Et pro predictis facio et presto homagium ore et manibus comendatum discreto Petro capmany scriptori Gerunde procuratori vestri et dicti Monasterii illud nomine ipsius Monasterii recipienti juxta usum et consuetudinem huius terre Jurans etiam sponte per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter a me tacta predicta omnia et singula Rata grata et firma semper habere tenere et servare eaque attendere et complere et non contrafacere vel venire aliqua ratione sive modo vel causa Hec autem facio et firmo in manu et posse scriptoris substituti infrascripti stipulantis et recipientis legitime nomine omnium quorum interest et intererit ac poterit interesse/ Actum est hoc in parrochia de Rivolutore de Silva Nona die mensis ffebruarii Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Terciodecimo Sig+num Anthonii seguerii predicti qui hec laudo firmo et juro.

Testes huius rei sunt Jacobus vitalis al morat et Johannes vitalis dicte parrochie de Rivolutore de Silva.

Sig+num Petri pinos notarii publici auctoritate regia substituti a Jacobo de Campolongo [illegible] Civitatis baiulie et vicarie Gerunde [illegible] presens notario hoc instrumentum receptum per Antonium cavaller scriptore eadem auctoritate a dicto Jacobo de Campolongo substitutum qui hoc scribi feci et clausi. Cum supraposito in [illegible] linea ubi dicitur duxi.

n° 1069 (2

1 cart. 580

Mélanges n° 771 / ff. 125-146
et ff. 140 v°-142

(23) 1413, II, 9

(22, 24-26) II " 10

(1135.2)